



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Fasti Mariani

Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

Dedicatio S. Mariæ ad Nives. 5. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

DOMINICVS quatuor omnino Insulas, quas aliū tam studiosè capiti quærunt, generoso fastu pedibus ipse subdidit; ter noctu pœnas à tergo suo, pro se primùm, tum pro viventibus in graviori noxâ, demum pro agentibus in igne piaculari manibus expoposcit. Mito in homines, demones, adeoque Superos imperium; quippe cum toties jam hos exoraret quos oraret. Illud memorandum qui MARIÆ vixerat, non sine MARIA demortuum esse. Affuit hæc, neque sola, sed inter Filii & Calitum comitatum ad astra abduxit. Viam inquis? per Rosaria iuit DOMINICVS. *Ex vitâ.*

*Nemo gratuletur homini, qui prosperatur in viâ suâ, cuius peccatis deest ultor, & adest laudator. Major hic ira Domini est: irritavit enim Dominum peccator, ut ista patiatur: id est correctionis flagella non patiatur.* August. super Psal. 7.

DEDICATIO S. MARIE AD NIVES.

5. Augusti.

ANnus agebatur Christianus supra CCC. LXV. quando Romæ civis fuit patricii sanguinis, & huic IOANNES vocabulum. MARIAM puro expectas Mariam, cum IOANNEM audis? Rem loqueris, fuit huic conjux digna conjugio suo, suere opes ingentes, sed spes natorum nulla, & in his etiam nepotum decollaverat. Tandem, quid ô! quid terris, ait IOANNES, ignobiles & mecum morituros heredes quæro? quin cælo adscisco? & an explere dignioribus nominibus ceras possum? Certè opibus unica MARIA digna omnibus est. Imò IOANNES non sum, si heredem MARIAM non scribo. Eja igitur Virgo, tu sola jam tabu-

tabulas imple. Filio si careo, certè tu non cares, quicum animum æternum oblestem. Audire IOANNEM MARIA, & assem omnem in montem Exquilinum conferre iussit templo exædificando eo in loco, quem postero mane nivibus insignem esset factura. Et erat tunc æstus longè maximus & faciliùs utique grandinem quàm nives daturus. Adit tamen IOANNES locum, & reperit undique niveo vellere vestitum. Sed & Liberius Pont. Max. in somno à VIRGINE monitus accedit & fundamenta templi jacit, quod per omnem orbem hodie clarum MARIÆ MAIORIS nomen gerit. Miraris, Sodalis, miraculum? laudas templum? At tu castas ostende sis mihi in animis nives plures; plura ego VIRGINIS templa monstrabo.

Ex Brev.

*Meritò in te ò Maria virgo respiciunt oculi totius creatura, quia in te, & per te, & de te benigna manus Omnipotentis quicquid creaverat, recreavit. S. Bern. serm. 2. in festo Pentecost.*

S. OSWALDVS REX C. 5. Augusti.

**P**urpuram qui bis tingunt, etiam OSWALDVS laudabunt, Angliæ Regem, qui suam suorum sanguine tinxit. Dubium planè reliquit, an Christi hostes vicerit, an ab his victus deinde se gloriosius. Pugnaturus cum parvâ manu contra ingentes Britonum copias, trophæum tamen acquisit ante victoriam ponere Crucem, quam adorasse illi cum suis, vicisse fuit. Abhinc regni Christiani proferendi cupidissimus dignum regem munus est arbitratus, dicenti ad populum Aidano Antistiti interpretem assistere. Pium animum il-